



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

I. Quod vocatus ad testimonium perhibendum, nisi venerit, est
coercendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1172. terit ergo in eo casu, appellatione cessante, procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per conquestio- nem & responcionem partium contestata. Vbi autem mors mandatoris, lite contestata, præcessit, penitus subsista- tur, siue fuerit, siue non fuerit appellationis obstaculum interiectum.

DE TESTIBVS COGENDIS PARS VIII.
VEL NON.

CAP. I.

Idem Alexander.

CVM super causa qua vertitur inter venerabiles fratres nostros Prænestinum episcopum, & dilectum filium * nostrum abbatem, sit testimonium vestrum necessarium, & veritati contingat: præsentium auctoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proximæ hebdomadæ perhibituri testimonium veritati, omni occasione & excusatione cessante, vos apostolico conspectui præsentetis. Si vero tunc non veneritis, sciatis ab officio & beneficio apostolica auctoritate vos suspensoſ: & si non ſic veneritis, excommunicationis ſententiam poteritis formidare.

CAP. II.

*Idem Capuano episcopo, & abbatি sancte Lucie,
& priori sancte Crucis.*

Causam qua inter N. & O. monachos super electione de utroque facta in monasterio diutius est agitata, expe- riencia vestra committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoque dilectioni ve- stræ, &c. quatenus partes ante præsentiam vestram con- uocetis, & susceptis attestationibus utriusque partis, qua ab aliis iudicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, niſi attestationes ipsæ ſint publicatae, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, cauſam ipsam, ſublato appellationis remedio, fine debito ter- minetis.

Post publi-
cationem
attestatio-
num, pro-
ducendi lo-
cum non
eſſe.